

2. Jahrhunderts nach Christus beziehen, der sich Phidias, Sohn des Phidias, nennt und von dem die Statue eines Pavians aus Basalt inschriftlich bezeugt ist<sup>3)</sup>. Liegt die Sache so, so dürfen wir die Entstehung des Aristotelesscholions vom 2. Jahrhundert p. C. nicht allzu weit abrücken; denn wir haben uns den Ruhm jenes Tierbildners als örtlich und zeitlich begrenzt vorzustellen.

Wien

L. Radermacher

### De physiologia Epicurea

Anno superiore W. Schmid<sup>1)</sup> circumspecte<sup>2)</sup> fragmenta papyracea satis locupletia libelli Epicurei denuo edidit explicavitque, quo principia ethices exponuntur et ad extremum stultorum moribus habitus viri sapientis opponitur. Protreptici igitur exemplo (cf. Schmid 4, 4) scriptor, dum de appetendi fugiendive rationibus disputat, philosophiam huius rei magistrum advocat. Iam vero col. XIII quae non modo aditum studiosis ad philosophandum patefacere ingeniaque eorum exercendo confirmare, sed etiam fundamentum philosophiae praebere atque praecipue fines innatos (τὰ συγγενικά τέλη) illustrare dicit, non sunt ,Epicuri dicta vel scripta' aut τὰ κυριώτατα, ut Schmid credit, sed physica<sup>3)</sup>, quae ad fines bonorum malorumque cognoscendos magnum momentum afferre ipse Epicurus rat. sent. 11 confirmavit (adde fr. 243 Us. — Cic. fin. I 63. Metrod. fr. 27 K., cf. Philodem. rhet. I 286 ss. S.). Ita physiogiam, cum ipsam per se (αὐτοτελῶς epist. Pyth. 85) spectaverit, sequenti sententia intellegis quam apto conexu ad ethicas disputationes referat: καὶ τοὺς ἡθικοὺς καὶ περὶ τῶν αἰρέσεων καὶ τῶν φυγῶν λόγους προσλαβεῖν δεῖ πάντως ἐκ φυσιολογίας, οὐν' ἐντελεῖς θῶσιν (ubi λόγους Schmid recte pro subiecto accepit).

Inter arma mense Ian. 1940

Hans Hertel

3) Realencycl. Phidias 4, das Datum der Statue ist 159 p. C.

1) Ethica Epicurea, Lips. 1939 (Studia Herculanevia ed. Chr. Jensen I).

2) Cautissime in verbis restituendis egit; ceterum col. X 5—7 vix aliud fuisse potest nisi τ[ὸ] δ[νε] φιλοσοφίας (cf. I 10 s.) τοῦτ[ο] λεγόμενον].

3) Cf. interpretes priores (Schmid 68, 1—3).